



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Colendam esse vitæ asperitatem. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

S A C R A

virtutis, instar Pauli, mortem optare, ut cū Christo simus, quā hac tantum ratione eam expetere, ut huiusce vitæ miseriis eximamur.

Colendam esse vitæ asperitatem.

IO.

Lude, bibe, & dapibus ventrem farcire memento.
Pallida nam tibi cras mors erit ante fores.

Audirem tua dicta libens, sequererque, monentem:

Ni tua mi facerent vltima verba metum.

Nam mihi si lucem lux crastina tollet, ut inquis,

Sunt aduersa mihi dicta canenda tuis.

Te inuicem, supplexque preces lachrimasque profunde:

Quand o quidem tibi lux postera mortis erit.

S C H O L I A.

Lude, bibe.) Edamus & bibamus inquit apud Paulum Epicure

Tract. in cras enim moriemur. Quæ verb
psal. 70. expendens Augustinus, ait cau

sam hanc, quam afferunt, eiusmodi esse, quæ potius eos à flagitiosa viuendi ratione deterrere de

lib. 3. beat. Clemens autem Alexandr

nus causam esse negat, cur ij, qui
 ita viuunt, dicant, Cras enim mo-
 riemur. Iam enim eos mortuos
 esse, ac mortuos suos sepelire ait.
 Eodemque modo item Augu-
 stinus de iisdem loquens, Illi, in-
 quit se adhuc cras dicunt mori-
 tuos. Veritas autem illos iam
 cum ista dicunt inuenit mortuos.
 Vos autem, filij resurrectionis,
 caute imitari eos, qui cras spe-
 rando moriuntur, & hodie bi-
 bendo sepeliuntur. Talis nimi-
 rum erat Sabinianus ille, quem
 his verbis Hieronymus infecta-
 tur, Deum ventrem vis habere
 pro Christo, seruis libidini, glo-
 riaris in carne & confusione tua,
 & quasi pinguis hostia in mor-
 tem propriam saginaris.

*Pad.
cap. 1.*

*Serm. 23.
de verb.
Apost.*

*Hiero.
epist. in
Sabin.*

Quos fructus aduersa va-
 letudo pariat.

b iij